

Bartholomäus von St. Trond

fol. 158<sup>r</sup>

latinus Reni sacri Romani imperii archidapifer et dux Bavarie, cuius anime omnipotens propicietur, legavit universitati, et repositi sunt in liberariam Sancti Spiritus in presencia venerabilium magistri Iohannis Wenck sacre theologie professoris, magistri Sebastiani de Pforczen et plurium aliorum, qui eciam anumerati et annotati sunt, ut in littera desuper confecta continetur.<sup>e)</sup> 5

[1438 Dezember]

[158r] <sup>f)</sup>Rectoratus secundus domini Bartholomei de Herkennoye decretorum doctoris anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo in vigilia sancti Thome [20. Dezember], in quo acta sunt infrascripta. 10

Item vicesimatertia die mensis decembris anni eiusdem facta ad hoc convocacione universitatis per iuramentum in capella beate virginis ad petendum libros, quos dominus Iohannes Wynheim recolende memorie ipsi universitati legavit, et ad alia in eodem negotio facienda, que prudens paterfamilias in simili suo negotio esset facturus, a dicta universitate deputati sunt Iohannes Winck in theologia<sup>g)</sup>, Iohannes de Rysen in decretis, Gherhardus de Honkirchen in medicina doctores et magistri necnon decanus facultatis artium magister Conradus Degen. 15

Item die, loco et convocacione de quibus supra dictus rector precepit et mandavit omnibus et singulis magistris et doctoribus per iuramentum prestitum, ne aliquis dicta vel dicenda concernentia dictum negotium librorum ut premittitur universitati legatorum revelaret<sup>h)</sup> et ne aliquis ipsorum daret consilium, auxilium vel favorem alicui in dicto negotio, unde ipsi universitati posset aliquod preiudicium generari directe vel indirecte. 20 25

170 <sup>i)</sup>Conclusio pro liberaria construenda<sup>i)</sup>

Item anno etc. m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> xxxix<sup>o</sup> secunda die mensis<sup>j)</sup> ianuarii facta ad hoc convocacione universitatis per iuramentum in capella beate virginis rector

<sup>e)</sup> Rest der S. frei A <sup>f)</sup> Handw. A <sup>g)</sup> thelo- A <sup>h)</sup> mit Einfügungszeichen über der Z. nachgetr. A <sup>i)...</sup> von anderer Hd. als Überschrift nachgetr. A <sup>j)</sup> mesis; folgt ianuorii gestr. A

<sup>170</sup> vgl. Winkelmann, Reg. 295